Fragmentarium

eos
ut iudicent et dampnent; TIT PS XLVII canticum filiis core secunda sabbati;
Quid sit psalmo canticum vel canticum psalmo superius iam diximus; quando enim
primum racionabilis vox insonabat et deinde eandem vocem lire aut citare mo
dulatio prosequebatur; psalmo canticum appellabatur; Sicut instrumentorum melodia natu
rale sonum precessisset. tunc canticum psalmo vocabatur; Quid sint filii chore
noti est; illud diligentius intuendum quod sequitur secunda sabbati; Prima quippe sabba
ti est quam nunc orbis xpianus diem dominicam vocat. que est et prima dies seculi in qua
et lux condita est; Secunda autem sabbati vocatur secunda feria in qua firmamentum factum est in
medio aquarum. Firmamentum vero istud sanctam significat ecclesiam inter aquas huius
seculi. secunda die id est post resurrectionem a xpo solidata. et omnium virtutum pulchritudine
ornata; et cantatur totus hic psalmus in laude dei patris fundantis et solidantis in presenti
ecclesiam suam; Quod autem magnus dominus non proprie in deum cadit, illud nomen quod est magnus in quo nec
quantitas nec qualitas ulla proprie dicitur; Sed a nobis sumit hoc vocabulum sic et alia multa.

MAGNUS DNS id est quia magna omnia condidit; et laudabilis nimis id est quia pulchra
creavit cuncta; Et dicit nimis exagerando et efferendo divine ma
gestatis potenciam dicit. In civitate dei nostri id est in ecclesia; In monte sancto eius;
Hec civitas dei nostri ~~est civitas dei nostri~~ id est in monte sancto eius. id est super xpm fundata id est
lapis qui est lapis precisus de monte sine manibus; Fundatur scilicet est ipse dominus exultacio
terre
nis universe; Ante adventum xpi exultacio spiritalis tantum in iudea
erat. et hoc in paucis spiritalibus; ipse vero vere libertatis exultacionem per
universum orbem fundavit. Mons sion latera aquilonis civitas regis magni;
Mons sion latera aquilonis; Quasi requireret aliquis que esset civitas regis nos
tri que in presenti fundatur; et in qua magnus et laudabilis predicatur; respon den
do illi tali propheta; mons inquit sion et latera aquilonis id est ecclesia utriusque
populi; est civitas regis magni coniuncta in unitate fidei illo lapide angu
lari qui facit utraque unum; Nam per sion intelligitur populus iudaicus; Per latera aquilonum

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 41-48.59-66 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 105-106.112-113, LyonBM788_097_62R – Commentary on psalms (https://fragmentarium.ms/view/page/F-73yy/431/6388)